



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis  
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz  
Toletani è Societate Iesv**

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

§. 8. De Mansuetudine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46634)

Iesu Christe, quem in mundum uenientem, gelu, frigora, & niues excipiunt, quem apud nos manentem, fames, sitis, & huius uitæ molestiæ comitantur, quem hinc emigrantem, flagella, spinæ, crux, & clauis circumsepunt: tolle à nobis nimium amorem nostri, & desiderium nos castigandi, & macerandi benignus attribue, ut dum nos ipsos in hac uita salutari odio prosequimur, in uitam æternam nostras animas custodiamus. Amen.

## De Mansuetudine. §. VIII.

**M**ansuetudo est uirtus, qua ira aduersus eos, qui nos iniuria afficiunt, comprimimus, & moderamur. Vel, est, ut quædam glossa ait, *dulcedo animi, quam non vincit amaritudo.* Vel, ut definit Albertus, *est, cum propter illatas iniurias, mens nequaquam exacerbat, nec amaritudo cordis exterius indicatur, sed est quis quasi homo non audies, & non habens in ore suo redargutiones.*

Incitamenta ad Mansuetudinem sunt:

I. Exemplum Dei, qui infinitis hominum peccatis prouocatus non

M 6.

irri-

Glos.

Mart 5.

Alb. c. 19.

Psa 37. 15.

Mat. 5. 45.

1. Pet. 2.

23.

irritatur, & sol' tis beneficijs nos cumulare non cessat. *Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Mansuetudo etiam Christi: *qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur: & innumerabilibus iniurijs & contumelijs affectus, mentis tranquillitatem, nec ad momentum deponebat.*

Chryso.

62. in

Matt.

II. Qui nos graui iniuria percutit, animam suam peccati vulnere interficit; & *coram hominibus, vt inquit Chryso. dedecore & infamia se afficit, & multorum aduersus seipsum aperit ora, nobisq; maiores texit coronas, & multos patientia nostrae ac magnanimitatis constituit praecones.* Magis ergo est commiseratione dignus quam ira. Et quidem, si ille reprobus est, satis habet miseriarum, neque oportet illum alia vltione mulctari. Si autem a Deo electus, seipsum aliquando corrigit, & iniuriae illatae poenitebit. Iniquum est autem, ad modicum illi non parcere, quem amicum per totam aeternitatem sumus habituri.

III. Mul-

III. Multa nobis bona ex mititate  
 proueniunt. Nam & eum, qui nos in-  
 iuria affecit mansuetudine vinci-  
 mus, secundum illud : *Vince in bono* *Mat. 6. 14.*  
*malum.* Et remissionem peccatorum  
 promeremur. Dominus enim ait : *Si* *Mat. 5. 4.*  
*dimiseritis hominibus peccata eorum,*  
*dimittet & vobis Pater cœlestis pecca-*  
*ta vestra.* Et cœlestis patriæ ciues  
 pronunciamur : *Beati quippe mites,*  
*quoniam ipsi possidebunt viuentium*  
*terram.* Et tranquillitatem mentis  
 acquirimus : *Mansueti namque here-* *Pf. 36. 11.*  
*ditabunt terram, & delectabuntur in*  
*multitudine pacis.* Et beneuolentiam  
 apud homines comparamus : Vnde  
 Ecclesiasticus : *Fili, in mansuetudine* *Eccl. 3. 19.*  
*opera tua perfice, & super gloriam ho-*  
*minum diligeris: id est, gloriam & a-*  
*morem apud homines consequeris.*  
 Et tandem ianuam cordis nostri ve-  
 ritati intelligendæ aperimus. Quare  
 Iacobus ait : *In mansuetudine suscipi-* *Iac. 1. 21.*  
*te insitum verbum:* Et Augustinus : *O-* *Aug. 2. de*  
*pus est mitescere, nec contradicere di-* *doctrina*  
*uina scripturae.* *Christ. c. 7*

Actiōnes Mansuetudinis sunt: I. In

M 7

in-

iniurijs & contumelijs, aduersus nos iactatis, filere, & in nullam externam iræ significationem erumpere.

II. Iræ interius cohibere, & dictis considerationibus, aut alijs similibus, vel alijs medijs aptis frænare.

III. Cor nostrum ad serenitatem & tranquillitatem inducere: & tandem ipsum inter iniurias pacare.

IV. Iniuria afficientibus nos, vultus serenitate, blandis verbis, & molli sermone respondere.

V. Iniuriantibus beneficia libenter impertire, pro eis orare, & ex animo illis parcere.

VI. Iniurias obliuisci.

Postulatio Mansuetudinis: Domine Iesu Christe, Ange mansuetissime, qui coram tondente, immò & occidente te, obmutuisti, & te mansuetudinis magistrum fecisti, dicens: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: perfice cor nostrum virtute mansuetudinis, & voluntatem nostram

Mat. II. 31

in medijs iniurijs, & cōtumelijs dulci  
 commiserationis affectu perfunde,  
 vt dum iniurias remittimus, & pro  
 malis bona reddimus, tuæ scholæ fe-  
 ctatores efficiamur. Amen.

De Clementia. §. IX.

**C**lementia est virtus, qua ad mode-  
 ratè puniendum mitescimus, &  
 pœnas delinquentibus infligendas mo-  
 deramur. Vel, est, vt Augustinus ex *Aug lib. 30.*  
 Tullio ait: per quam animi temerè in *qq. q. 31.*  
 odium alicuius illecti concitatique, co- *Cic. 2. de*  
 mitate retinentur. Vel, est, vt ait Sene- *iuuētute.*  
 ca, temperantia animi in potestate vi- *Sen. l. 2. de*  
 ciscendi: vel, lenitas superioris aduersus *clem. c. 3.*  
 inferiorem in constituendis pœnis. Vel  
 deniq, moderatio, aliquid ex merita &  
 debita pœna remittens. Quæ virtus li-  
 cet præcipuè resideat in principibus  
 & Prælati, quorum est, delicta puni-  
 re: tamen minus principaliter est in  
 subditis, quatenus volunt, eadē deli-  
 cta clementer & leniter à superiori-  
 bus castigari.

Incitamenta ad Clementiã sunt:

I. Clementia Dei, qui in hac vita  
 infi-